UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Miracvla Quæ Ad Invocationem Beatiss. Virginis Mariae, Apvd Tvngros, Camberones, Et Servios In Hannonia; ac Dominam Gaudiorum in Picardia vulgò Nostre Dame de Liesse dictam effulsere

Caoult, Walrand

Coloniae Agrippinae, 1607

Adhuc alia quæ fœtum pepererat, imò etiam gestauer at in vtero mortuum, vbi Beatæ Virginis implorauit opem, simulque filium eidem deuouit peregrinum, confestim es vita & baptismali gratia potitus est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-59700

Visual Library

MEVRANTIVS & vxor miros deuotionis ignes intra ſe concipiunt, & ex intimis animæ præcordijs ſeſe ad miſericordiæ matrē conuertunt, puerum ſuum deuouentes peregrinum, prout ſimiliter facit præfatus Lattor, qui eundem in finem miſſam celebrandi gratia venerat: ſub cuius miſſæ decurſu infans vitæ priſtinæ reſtituitur, adhucque viuit ſanus & incolumis. Hoc autem miraculum conteſtatum & conſignatum eſt manu dicti Domini Ioannis Lattoris ſub duplici teſtis qualitate, Notarij ſcilicet apoſtolici & imperialis.

ADHVC ALIA QVAE FOETVM pepererat, imò etiam geſtauerat in vtero mortuum, vbi B. Virginis implorauit opem, ſimulque filium eidem deuouit peregrinum, confeſtim is vita & baptiſmali gratia potitus eſt.

CAP. XXXVII.

ANno ſupra milleſimum 603. in menſe Auguſto, vxor Thomæ VVargny, cui Paulina nomen eſt, geminas proles enixa eſt, quarum vna vitæ beneficio deſtituta prodijt in mundum: imò verò ex obſtetricis ſententia aliquando tempore mortis legem ſubierat antequam materno prodiret ex vtero, ſicque eſt conſeruata eſt ad horam & vltra abſque vllo vitæ indicio. Quibus cōmota ma-

ta mater, extremis deſolationis premeb[illegible]
anguſtijs, Virginiſque Tungrenſis pie p[illegible]
inuocans opem, ſimul & ibidem miſſam [illegible]
ius deuouit honorem, vbi à puerperij le[illegible]
libera foret: imò vero toto vitæ ſuæ de[illegible]
eidem peregrinum conſecrauit infa[illegible]
quòd idem tum fecerunt omnes amici [illegible]
ſentes proni in genua ruentes. Quo facto [illegible]
de miraculum, redijt ad vitam qui antea [illegible]
tuus erat, ſacroque baptiſmate Huſſeni[illegible]
etiamnum eſt in viuis. Hoc autem ipſum [illegible]
raculum ſolenni fide certificatum fuit [illegible]
no Paſtori moderno apud Tungros tam [illegible]
patrem & matrem & ipſam obſtetricem, [illegible]
per feminas alias ibidem tum præſentes,
vtpote Eliſabetham Lattoriam &
Ioannam Galiotam.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Hæc miracula diligenti examine perlegi, deprehendiq́ue conformia regeſtis ædiculæ beatæ Virginis idiomate vulgari conſcriptis. Factum Athi penultimo Octobris die, anno 1603.

M. IOANNES HVVETERIVS Paſtor Tungrenſis.

LIBER